



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 26. Conversio Barbarorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

bulariis mercedem dare teneantur, si in Sæculum VI.
Electione Papæ discordia animos dividat. A. C. 531.
Illi autem Ministri, qui opibus valent, ni- Lib. IX. 16.
hil de Ecclesiæ Bonis accipiant, cum sint
Patrimonium pauperum. In Electione Pa-
triarcharum, id est, Archiepiscoporum,
Solidorum duo millia accipere poterunt,
& in Electione Episcoporum quingentos
Solidos in plebem spargi licebit. Præce-
pit Rex Romanæ Civitatis Præfecto, ut
hoc Edictum marmoreis tabulis incidi, &
in vestibulo S. Petri ingredientibus ob-
ici curaret.

§. XXVI.

Conversio Barbarorum.

Justinianus Imperator magno desiderio
convertendi Infideles & Hæreticos te- Theoph. p.
nebatur. Sub initium Regni sui Herulos ^{149.} Evagr. IV.
seu Eluros, nam isto quoque nomine, quod c. 20. & 61.
in locis palustribus habitarent, nuncupa- Vales.
bantur, in fœdera pertraxit. Terras
ipsis excolendas dedit, adjecit magna
munera, persuasitque, ut Religionem
Christianam, quippe Pagani erant, am-
pletterentur. Rex illorum Graitis Con-
stantinopolim venit, & in Festo Epiph-
niæ anno Justiniani primo seu Christi 528.
cum duodecim aliis viris partim Consi-
liariis, partim Propinquis suis baptizatus
est. Imperator e Sacro fonte ipsum le-
vavit, & jam sua sorte contentum dimi-
Hist. Eccles. Tom. VII. Hh sit.

Sæculum VI. sit. Quamvis vero Heruli post Religio-
A. C. 531. nis Christianæ professionem non nihil na-
Proc. Goth. tivæ ferociæ amisisse, & sensim mansues-
Il. c. 14. cere viderentur, tamen adhucdum mo-
 res præferebant corruptos admodum, &
 inita fœdera sæpe frangebant; hinc ju-
 sta suspicio est, Justinianum, quo citius
 fœderatos haberet, negotium Conver-
 sionis ipsorum præcipitasse.

Eodem anno Gordas quoque Rex Hun-
Theoph. p. norum illorum, qui Bosphoro proximi e-
149. rant, cum Romanis fœdere inito, Christia-
 nam Religionem suscepit, & Imperatore e
 fontibus levante baptizatus est. Ipsum Ju-
 stinianus deinde magnis muneribus cu-
 mulatum ad suos dimisit cum mandato,
 ut Imperii limites custodiret. Gordas
 reversus coram Movagero Fratre suo Im-
 peratoris humanitatem & munificentiam
 laudavit; tum Hunnorum Idola ex ar-
 gento aliove metallo pretiosa colligit, &
 conflari jubet. Hac re Hunni in furo-
 rem acti consentiente Movagero Gordam
 interficiunt, Movagerum Regem procla-
 mant, & in Romanos arma arripiunt. Il-
 lo etiam ferme tempore ad Fidem con-
 versi feruntur Armeniæ populi, Zanes
Proc. III. dicti, quos Justinianus Ducum suorum
aedif. c. 6. opera devictos eo adduxit, ut aliquid de
 morum feritate deponerent, & Religio-
 nem Christianam amplecterentur. Is-
 dem Ecclesiam aedificavit.

In

In Æthiopia, qua Ægypto contermi-Sæculum VI.
na est, Blemyani & Nobates Romano- A. C. 531.
rum Tributarii præter Deos alias Isidem, Id. I. Pers.
Osirim, & Priapum adorabant. Blemya- c. 19.
ni humanas viçtimas Solis honoribus ju-
gulare solebant. At Narses, cum ibi
exercitum haberet, jubente Justiniano
destructis templis, & Sacrificulis in vin-
cula conjectis, Idola Constantinopolim
misit.

§. XXVII.

Leges contra Hæreticos.

Justinianus ereptas Hæreticis, quas ha- Theoph. an-
bebant, Ecclesias omnes Catholicis I. p. 150. id.
reddidit. Anno tertio Regni sui Indi-p. 153.
tione octava id est 530. Paganos & Hæ-
reticos severissime perquiri jussit, eorum-
que Bona Fisco addixit. Macedonius
Referendarius, & Asclepiodotus olim
Præfectus, accusabantur, quod Pagani
essent. Asclepiodotus timore percusus
factus est Christianus, atque haud diu
postea vitam posuit. Pegasus Heliopo-
litanus cum Liberis suis judicium subi-
re coactus. Craterus Patricius, Tho-
mas Exactor aliique comprehensi, &
omnes Acatholici terrore repleti. Jussit
quoque Imperator, ut soli Catholici ex-
clusis Paganis & Hæreticis Munia pu-
blica obirent, iisque trimestre ad deli-
berandum, num convertere se vellent,
concessit.

Hh 2 Erant